



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 92. Quorumdam Prædicantium fanaticismus in Silesia repressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1730.

## §. XCII.

*Quorundam Prædicantium fanatismus in Silesia repressus.*

Sicut duobus retro sæculis famosi sectarum Protoparentes Christi Ecclesiam sub falso purioris Evangelii & doctrinæ prætextu debellarunt, ita & nostro ævo inter Catholicos Jansenistæ, & inter ipsos Protestantæ Pietistæ omnia fusdeque vertere conati sunt, ambo sub specie sanctioris vitæ puriorisque doctrinæ venenum suum inaurato poculo propinantes. Quo autem periculosiores erant lupi sub ovina pelle grassantes, eo vigilantiores erant illi, quorum cura erat, ut ni suorum intellectum ab errore rationibus, saltem voluntatem a turbis & seditione pœnis cohiberent. Eo collimabant iterata, eaque severissima edicta, quibus Angliæ, Daniæ & Porussiæ Reges, alii-que Principes A catholici ad Prædicantium querelas clandestina Pietistarum conventicula interdixere: Non deerant tamen ex ipsis Prædicantibus, qui horum sectam nonnisi phantasma, & fabulam ab æmulis suis in veræ pietatis odium temere excogitatam esse, proclamarent, ipsosque novos hosce Sectarios ore & calamo strenue defenderent, qui-

Sæc. XVIII. quinimo non pauci illos ceu genuina  
 A. C. 1730. Dei Filios deprædicabant, nilque ma-  
 gis iniquum esse ajebant, nili quod  
 veræ pietatis Sæctatores tanta legum  
 severitate vexarentur: Id vero in  
 omnino mirum erat, quod iidem  
 qui singulare pietatis studium ple-  
 buccis crepabant, contra omnes pie-  
 tis Regulas Adversarios suos ceu Lu-  
 theranos Papas, hæreticæ pravitate in-  
 quisitores, hæreticos, infideles &c. tra-  
 duxerint, contempserint, atque acer-  
 bissimis, & a Christiana mansuetudine  
 tantopere alienis convitiis & probra-  
 sæde laceffiverint. Hæc ipsa vero ma-  
 tua partium criminatio A catholicis po-  
 titillimum Principibus novum majus  
 periculi metum injiciebat: unde de  
 opportunis hoc venenum detegenti,  
 remediumque malo opponendi medi-  
 serio cogitare cœperunt, ac præcipue  
 præcepere, ut in illorum, qui *Pietisti*  
 vocabantur, mores, & doctrinas se-  
 dulo inquireretur; dein jusserunt, ut  
 exacte coram Magistratu indicaretur  
 in quibus articulis Pietismus a pæ-  
 Confessione Augustana, vel aliis Re-  
 gionibus in Imperio toleratis recedat.  
 Confecto hoc examine deprehensum  
 est, quosdam huic sæctæ addictos Pre-  
 dicantes docere, se ab ipsomet Deo esse  
 unctos, ac propterea ad Evangelium  
 mitterentur.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1730.

ministerium non alia indigere vocatione: quemlibet Christianum, cum Regale sacerdotium habeat, a Deo illustratum & in Dei Verbo exercitatum sine singulari vocatione posse populis annuntiare Dei Verbum, dummodo internam vocationem habeat, cuiuslibet datam esse potestatem dimittendi peccata, nec ad id institutum esse speciale ministerium, proin Pastorum Consistoria per summum nefas ejusmodi jus sibi solis vendicare: Insuper præcipue in Hasso - Casselensi ditione exploratum habebatur, quosdam palam tradidisse, peccatores non justificari per fidem in Christum, suæ sectæ affectas ad illum perfectionis statum pervenire posse, ut nequidem amplius peccare valerent, in his reperiri internam vocem, ac cæleste vivi Verbi testimonium, proin necessarium non esse externum Dei cultum, publicas Conciones & Sacramentorum usum, vel communem Ecclesiarum frequentationem, ac demum Lutheranos Prædicantes nil aliud esse, quam literas mortuas ac occidentis declamatores, cæcos Duces, & seductores.

Præterea in Electorali Hannoverano edito sexdecim certa, ex quibus Pietistæ dignoscerentur, indicia proponebantur, scilicet 1. quod Ecclesiastica

Hist. Eccles. Tom. LXXIII.

Cc stica

Sæc. XVIII. ftica Principum, & Pastorum statum  
 A. C. 1730. contemnant, II. Ministerium convul-  
 laceffant & calumniantur. III. Publi-  
 cum Dei cultum ceu inutilem vilipe-  
 dant. IV. Sese sacrae Synaxi subde-  
 cant, V. Baptismum fere pro nihilo  
 habeant. VI. Sese tanquam perfecti  
 jactitent. VII. Internas revelationes  
 crepent. VIII. Confessionem & ablu-  
 tionem exhibent IX. Cunctos  
 adversantes pro infidelibus, & non con-  
 natis habeant. X. Privata conver-  
 tacula instituant, & fæminas seducant  
 XI. Regnum millenarium propugnent  
 XII. Risum & choreas pro peccatis  
 venditent. XIII. Exclusa fide solo-  
 bonis operibus innitantur. XIV. De-  
 vlni Verbi & Sacramentorum effica-  
 ciam a Ministri Sanctitate derivent  
 XV. denique æternam poenam dam-  
 natorum negent.

Nec minus in excogitandis erro-  
 ribus sæcundi, & in defendendis peccatis  
 naces erant quidam Tubingenses Theo-  
 logi, a quibus Rolenbachius, Schmalzerus,  
 Hadingerus aliique docuerunt, neminem  
 ad certum Ecclesie ritum adstringi, caput  
 ad nomen Jesu detrahere, esse superstitiosum,  
 Lutherana ingentem reformationem  
 etiam in doctrina desiderari, inter cetera  
 ma veræ Ecclesie signa nullatenus re-  
 pugnare.

reponendam Divini Verbi puritatem, & legitimam Sacramentorum administrationem, neminem ad publicum Dei cultum teneri, Lutheranae Ecclesiae Prædicantes nec Divinam vocationem, nec Spirituale ministerium habere, infantes Baptizatos rursus esse tingendos, Deum instituisse alium Baptismum, cænam Lutheranorum non esse Domini Dei Cænam, proin usitatam in Ecclesia Lutheranâ Cænam esse rejiciendam, nefas esse Symbolicis libris subscribere, pium cum impio non posse cænam Euchâristicam sumere &c.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1730.

His erroribus Hellmundus Wezlaris Pastor adhuc sequentes addidit. I. Christus est Verbum internum contrapositum Verbô scripto. II. Nullus, qui non est conversus, potest efficaciter Dei Verbum prædicare. III. Inter Christum Historicum seu externum, & inter Mysticum seu internum statuendum est discrimen. IV. Veræ poenitentiae præcipuum est amor Jesu Christi. V. Ecclesia Lutherana nil nisi secta est, in qua plures adhuc dantur errores, quam in Catholica. Fœdiora adhuc erant deliria Georgii Christophori Brendeli Pastoris Thürnaviensis, qui docere præsumpsit, veram Religionem inveniri in omnibus sectis etiam inter Turcas, & infideles.

Cc 2

Spi-

Sæc. XVIII. Spiritum sanctum naturaliter esse  
C. C. 1730. omnibus hominibus, esseque proprium

Spiritum hominum, conscientiam esse  
partem Divini halitus, qui a Patre Fi-  
lioque procedit, ac propterea homines  
ex tribus essentialibus constare parti-  
bus, earumque secundam esse conscien-  
tiam &c. Ita nempe hi Sectarii in  
specie pietatis sibi aliisque illudebant,  
cumque juxta Spiritum suum privatum  
Scripturas interpretarentur, in turpi-  
simos hosce errores deflexere.

Notum igitur comprobatumque e-  
rat, Pietismum non esse meram fabu-  
lam, sed feracissimam plurimorum ho-  
minum Matrem; cum vero exinde ma-  
nifestum schisma in Ecclesia Lutheranis  
enatum esset, & propudiosa non minus  
quam acerba inter Saxonicos, Anglos,  
Danos, Suecos, Borussos, aliosque  
Præcones jurgia orirentur, timendum  
que esset, ne etiam publica ac politica  
Regnorum tranquillitas sensim everte-  
retur, hinc præcipui, magisque obli-  
vati hujus sectæ fautores partim a  
Officiis amoti, partim in exilium pe-  
Principum edicta fuere demandati, ut  
que latius grassanti huic pestilentia  
obviam iretur, non modo privata ubi  
que conventicula fuere inhibita, eaque  
in suis ædibus fieri indulgentes seve-  
rissimis poenis mulctati & sectariorum  
scri-

scripta, ac famosi libelli suppressi, sed Sæc. XVIII.  
 etiam statutum, ut & illis, qui ali- A. C. 1730.  
 quamdiu publico Dei cultu & sacra  
 Synaxi abstinuisse deprehensi fuerint,  
 tanquam Religionis contemptores ab  
 omni munere honorifico excludantur,  
 ad Patrinatorum officium imo & ad in-  
 eundum matrimonium inhabiles de-  
 clarentur, sique pertinaciter suis erro-  
 ribus inhæserint, e patria expellantur,  
 & suæ sectæ immortui sine Christiano  
 ritu sepeliantur.

Cum autem ipsa pœnarum severi-  
 tas hosce fanaticos in Silesia a suis er-  
 roribus adeo non abduceret, ut etiam  
 Cæsaris edicta Annis 1712. & 1723.  
 emanata vilipenderent, hinc Impera-  
 tor hoc anno die 21. Januarii. Viennæ  
 adversus hosce Sectarios severissimum  
 promulgari jussit edictum, vi cujus  
 præceptum. I. Ut Dürschofensis Præco  
 Joannes Sommer ex omnibus Austria-  
 cæ Domus Provinciis tanquam tran-  
 quillitatis publicæ perturbator exulet,  
 ejusque scripta & libri omnino suppri-  
 mantur, eoquod Pietismo addictissimus  
 cum hujus sectæ hominibus arctam  
 amicitiam, commerciam, & nocturna  
 conventicula habuisset, scandalosos  
 libros & præcipue Zinzendorffiana Bi-  
 blia in patriam invexisset, iisque pas-  
 sim distributis Pietismi propagandi  
 studio



Sæc. XVIII.

A. C. 1730.

studio Orphanotrophium erigere, totiusque viribus fanaticos errores jam plus nimio in his terris invalescentes promovere ac disseminare molitus fuisset. II. Joannes Steinmez, Numan & Samuel Saffad Teschenis Suburbii Præcones unacum Rectore Jacobo & Cantore Sarganeckio a suis officiis amoveantur, eoquod sine Principis consensu Scholam aperire, contra Principis sui interdicto, & pecuniarum multa centum aureorum in superhabitu clandestina conventicula celebrare, novamque sectam ab ipsamet Universitate Wittembergensi damnatam disseminare atque ex alieno territorio Sectarios Pseustificos ad Scholarum officia advocare præsumpsissent. Eodem edicto statutum, ut Judicium, quod de his tribus Prædicantibus, eorumque Orthodoxis Dresdense & Jenense Synedrion transisset, ad Cæsaream Curiam a sex Ecclesiasticis Senioribus transmittatur ac demum Orphanotrophium unacum nonaginta illis Convictoribus ibidem receptum aboleatur, atque in alios usus convertatur. Inquiratur, qua auctoritate Lutheranenses, Brigani, Wohlavienses Prædicantes Studiosis Lutheranis falsa doctrina imbutis docendi facultatem delegerint, quot numero, & quo loco studiosi versentur, perscribatur. Quæ

tuor illi cives, qui ut fidei doctrinam Sæc. XVIII.  
 Augustanæ Confessioni consonam re- A. C. 1730.  
 jiciant, a quodam potenti Magnate  
 se persuasos fuisse asserebant, patria ex-  
 torres expellantur, prius tamen illum,  
 qui hæc persuasisset, indicent & Præ-  
 dicantes Pietismum eradicandi media  
 proponant. Cum autem compertum  
 esset, quod multi adolescentes Silesitæ  
 in exteris Universitatibus studiis va-  
 cent, & inde reversi dogmata suspecta,  
 & ipsi etiam Confessioni Augustanæ  
 contraria hauriant, in patriam inve-  
 hant, & dein suis Auditoribus instil-  
 lent, imo etiam illa, dum pro obti-  
 nendis beneficiis sese examini subji-  
 ciunt, occultent, ut primum postea  
 illa evomant, hinc præfata tria Synedria  
 Cæsareo regimini proponere jubentur,  
 quibus mediis ejusmodi mala præverti  
 possint. Eodem anno Sueciæ Rex  
 Mense Martio scandalosas altercatio-  
 nes, quæ inter Grypswaldienses Præ-  
 dicantes circa Pietismum ortæ sunt,  
 extincturus edicto prohibuit, ne quis-  
 quam loquendi aut scribendi modos  
 Pietistis usitatos adhibeat, sed dun-  
 taxat terminis sacre Scripturæ & Lu-  
 theranæ doctrinæ consonis utatur,  
 nullus quoque, nisi ad docendum sit  
 rite vocatus, sese Theologicis contro-  
 versis immisceat, vel alios in hæresis

Sæc. XVIII. suspicionem trahat, si vero de ea quem  
 A. C. 1730. piam suspectum sciat, clam & frater-  
 ne illum admoneat, si vero is non re-  
 puerit, desuper Superintendentem ces-  
 tiorum reddat &c. Ejusmodi tamen  
 edicta nimis erant infirma, ut venen-  
 tam herbam, ne succresceret, præ-  
 dire potuissent; ipsa enim radix & fe-  
 lum, cui implantata erat, infectum  
 fuit, quocirca ex Pietistis nonnulli ipsum  
 Lutherum suæ sectæ authorem depre-  
 dicabant, alii eundem Protoparentem  
 suum incusabant, quod hic quidem  
 ab initio Apostolicum fervorem jacta-  
 rit, postea vero non nisi furioso naturæ  
 suæ impetu adactus, calamum arte  
 puerit, humana commenta immisce-  
 rit, & Spenero Pietistarum Principem  
 faciem prætulerit, ipsum vero Spenerum  
 fidelissime secutus fuerit &c.

Haud magis profuit Bipontinus Dux  
 suo edicto, quod hoc anno publice in  
 omnibus Ecclesiis prælegi, & Anto-  
 nium Pfasman Prædicantem suo ma-  
 nere exutum exulare ideo jussit, eo  
 quod rixas & jurgia cum P. Georgio  
 Bastumeno Ord. S. Francisci Ducis Con-  
 fessorio & cumInspectore Richtero  
 continuo habuisset, ac palam docuisse  
 nullum Concionatorem, nisi pietis-  
 addictus esset, posse juxta S. Scripturam  
 doctrinam fideliter prædicare, cum te-  
 is

lis non sit illuminatus, imo nequidem Sæc. XVIII.  
 proprie ad Concionatoris officium sit A. C. 1730.  
 vocatus. Insuper hic fanaticus, postquam exilii sententiam perceperat, in graves indignasque querelas prorupit, eoquod non auditus, nec defensus patria excedere jussus esset. Verum nec hujus Prædicantis supplicio ceteri sapiebant, nec sua conventicula intermittebant, insuperhabito novo edicto, quod a Christiano III. Bipontino Duce Anno 1734. editum fanaticorum pertinacia ac perversitas nequiter elusit.

## §. XCIII.

*Liber quidam a S. Congregatione proscriptus.*

Jam a longo tempore parvæ, ut sevo-  
 cant, *Ecclesie* Theologi seu Janse-  
 nistæ Ultrajectini desperatæ suæ causæ  
 patrocinium opemque quærebant in  
 dolis atque imposturis: Toti in eo  
 erant, ut factionem suam non modo  
 Sectariorum numero, sed & Virorum il-  
 lustrum auctoritate famosiorem redde-  
 rent; eo fine in censum suum revoca-  
 bant Cardinales, Archiepiscopos, Epi-  
 scopos, ac maximi nominis Principes,  
 quos sibi, suisque commentis favisse  
 fingunt, in vulgus spargunt, atque e-  
 mentito eorum nomine libros, quos